

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Ars Semper Gavdendi**

Demonstrata Ex Sola Consideratione Divinae Providentiae Et Per  
Adventvales Conciones

Laetitiae Perfectae Artificivm In Conscientiae Recta Efformatione  
inuentum, & per Adventvales Conciones expositum ac demonstratum

**Sarasa, Alfonsus Antonius de**

**Antverpiae, 1667**

Quomodo agendum sit contra scrupulos, & quae eorum remedia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11367**

# TRACTATVS VIII.

## DE CONSCIENTIÆ SCRUPVLOSÆ.

### R E M E D I I S.

*Expectabam eum qui salutem me fecit à pusilla-nimitate spiritus & tempestate. Psal. 54. v. 9.*

*Quomodo agendum sit contra scrupulos, & que eorum  
sunt remedia.*

### P R O O E M I V M.



Xpositis utcumque causis, è quibus suam scrupuli trahunt originem, explicatisque indiciis quæ morbum hunc animi manifeste patefiant; istud nunc agendum est, quod in accurandis corporibus solent medici, nimurum ut ad remedium tam molesto morbo conquirenda, ægræ menti sagaciter applicanda accingamur. Et quidem ad duo præcipue video Medicos animum attendere. Primo præscribunt ægro, quid in ipsâ morbi molestiâ constituto obseruandum sit, quibus abstinentium sit cibis, quæ victui moderatio sit adhibenda, ne morbus vires sumat, atque ex intempestiuo alimento crudus ingrauescat. Tum vero cum subtractâ mali materiâ, succisa est morbi vis; medicamina adhibent, quibus & ipsa morbi causa penitus detrahatur, ut sic demum integra stabilisque affecto corpori stet valetudo. Hæc prorsus à me erit obseruanda methodus. Et primo quidem dicendum est, quid agendum sit homini scrupulorum angoribus reipsâ astuanti, & quâ ratione iis, ne malum serpat longius, sit obuiandum. Deinde scrupulorum causis manum admouebimus, eaque ex Theologorum Asc-

Gg

tarumque



tarumque communi consensu & præscripto dabimus medicamina, quæ si serio adhibeantur, sine ullo dubio vim intolerabilis morbi admodum infringent, & fortassis etiam, Dei aspirante gratia, radicem ipsam penitus tollent.

S. I.  
REMEMBRANTIA  
DE CONSCIENTIA IN MORIBUS

*Quisquis à scrupulis curari vult, ante omnia sibi persuadet nullam in scrupulis esse sanitatem: deinde se eo morbo laborare.*

Dua difficultates in curando scrupulis occurrentes proponuntur.

**O**peræ pretium, imò & necessarium fuit, importuni morbi tum caussas & originem, tum etiam indicia diagnostica exponere. Hæc quidem, vt facile coniiciat, an ægritudine illâ correptus sit; illa verò, vt morbi malitiâ ex caussâ peruersitate rite perceptâ, tantò libertius de remediis sermones sibi exhiberi patiatur, eaque malo adhibeat etiam audiùs. Istud enim video, dupli ex capite plerumque fieri, vt tanta in hoc morbo curando inueniatur difficultas. Primo quidem, quod eo se tractum esse, nemo facile fateatur. Secundo quod etiam ii, qui correptos sese hâc ægritudine sentiunt, sâpe sibi persuadeant, adeo nullum ei malum subesse, vt ex aduerso existiment, scrupulos præcipue cuiusdam sanitatis esse indicia, aut saltem ad eam consequendam egregia adminicula: denique esse tenerioris cuiusdam & ad virtutem inflexæ Conscientiæ incitamenta & stimulos, quibus ad altioris innocentiorisque vitæ studia impensis virgeantur.

De scrupulis passim nullum est viri usus adminiculum.

Insignem enim uero errorem, astutamque Dæmonis fallaciam! non satis ei erat homines probos artibus suis intricare, nisi & specie sanctitatis, virtutisque exercenda fuso, turpiter deciperet. Quasi verò probis esse non daretur, nisi anxiis & de Conscientiæ innocentia scrupulose timidis, imprudenterque sollicitis. Hoc enim uero est perfectionis viam decurrere, anxium semper esse de via, & ad singula quæ occurruunt, harrere mente percusa misereque attonita. Certè numquam se magis iter suum promouisse fatetur David, quam cum soluto animo, aperto que ut ait corde, viam cui insistebat alacer decurseret. Currebat inquam,

